

SENTENTIAE, CH. XXIX, PARS II

Practice and Review # 7–13

7. Quīdam magister verba tam dūra discipulīs dīxit ut discēderent.
8. Respondērunt auctōrem hōrum novem remediōrum esse medicam potentissimam.
9. Nihil vērō tam facile est ut sine labōre id facere possīmus.
10. Prō labōre studiōque patria nostra nōbīs plūrimās occāsiōnēs bonās praestat.
11. Parentēs plūrima ōscula dedērunt nātae gracilī, in quā maximam dēlectātiōnem semper inveniēbant.
12. The words of the philosopher were very difficult, so that those listening were unable to learn them.
13. The two women wished to understand these things so that they might not live base lives.

Sententiae Antiquae # 7–14

7. Ita praeclāra est recuperātiō libertātis ut nē mors quidem in hāc rē sit fugienda. (Cicero. — **recuperātiō, ōnis**, *recovery*.)

8. Nē ratiōnēs meōrum periculōrum ūtilitātem reī pūblīcae vincant. (Cicero. — **ūtilitās, -tātis**, *advantage*; cp. **ūtilis**.)

9. Eō tempore Athēniēnsēs tantam virtūtem praestitērunt ut decemplicem numerum hostium superārent, et hōs sīc perterruērunt ut in Asiam refugerent. (Nepos.— **Athēniēnsēs, ium**. *Athenians*.—**decemplex, -icis**, *tenfold*.—**per-terreō**.)

10. Orātor exemplum dignum petat ab Dēmōsthene illō, in quō tantum studium tantusque labor fuisse dīcuntur ut impedīmenta nātūrae dīligentiā industriāque superāret. (Cicero.— **exemplum, -ī**, *example*.—**Dēmōsthenēs, -thenis**, a famous Greek orator.—**impedīmentum, -ī**.—**dīligentia, -ae**.—**industria, -ae**.)

11. Praecepta tua sint brevia ut cito mentēs discipulōrum ea discant teneantque memoriā fidēli. (Horace. —**praeceptum, -ī**.)

12. Nihil tam difficile est ut nōn possit studiō invēstīgārī. (Terence.— **invēstīgāre**, *investigate*)

13. Bellum autem ita suscipiātur ut nihil nisi pāx quaesīta esse videātur. (Cicero.)

14. Tanta est vīs probitātis ut eam etiam in hoste dīligāmus. (Cicero.)